

82

quam maximè, quod paucis tibi excidere patiaris, quorum  
michi copiam non velis factam tuâ manu, idque ut pergas  
facere, vehementer peto. Quae adversus mare clausum, amici  
tibi, et quod rem esse censeo, ipsa indignatio, atque adeo  
ut me ipsum eadem, truci compunctio veri, extorsit,  
cuius Teivos manibus, ante octiduum vidi. Denique amici  
ut vidi, ut perij, ut me bonus abstulit error: exemplo  
lapsus, post idoneos autores, meum quoque telum in injurias  
vicinas vibrare aggressus sum. Fuis rei quod ignoras  
sis hactenus, a probitate Staackmanni est, seriò a me  
moniti, nequid istius nostrae impotentiae palam faceret  
licet à vovèis, et utriusque vobis inscriptae. In arcem  
Schenkianam epigramma ex relato solo Legati Francisci  
natum noveram: lecto nunc et relecto, testor me, ut  
illum mirifice applausisse. pulchrum enim, et nervosum  
est, et generosissimi acuminis. Ad extemporanea caetero  
et suo ingenere venustissima, si tanquam cantare parem  
vel respondere paratum admittis, ecce ut in litera discri-  
mine ante biiduum aut triduum me oblectabam

Pollam puellam, et bellam amavi; animum linguo:

Cessante causa, nempe cessat affectus.

Pollotti deatere, ad quam alluisti, ne mihi quidem olim,  
amputatae evasit; invenio in schedis anni 1630 quae  
sequuntur.

Ô, si dextra minus, quam sors mihi dextra fuisset!

Ô quam laeva minus, sors mihi laeva fuit!

et

Ô quam, laeva magis, sors non male laeva fuisset  
Ô quam dextra nimis, non bene dextra fuit!

Sed abunde nugarum est: ignosce quibus hoc vitium est,  
etiam occupatus, et me ama dignissime amicorum  
Haga Com: X. Cal. Jun: MDCCXXXVI.

Marco Zuerio  
Boxhornio.

(239).

Grandem Epistolam, tuis clarissime denuò mihi scriptam  
tertio autem, quod ab humanitate tuâ est, inscriptam  
at ex qua nunc res duae, victrix causa, et auctoris  
infinita eruditio, libellum fecere, ante dies plusculas accepi.  
Si serini reparare ita videar, in rudimento amicitiae nostrae  
semel



semel hoc audire disces, *ἔξε με ττα κορυπέρον*, cujus neque  
moris, neque adeo sortis est, ex aula turba, literarum offi-  
ciorum ad calculum respondere. Nonit hoc summus amicorum  
Heinsius, ceterique omnes, quibus quando accenseri  
patens, necesse est eadem te qua illi mansuetudine  
induas, nisi quotidie irasci eligis quotidie meritu.  
Epistolam denique sine mora instante Tabellario in  
Galliam misi, ut cum ne spatii quidem satis esset, quo men-  
brana insui posset, nuda transfretandum fuerit, qua cum  
veritatis quam tectur imago, sic ut et candidissimas libertatis  
qua nunc auctor, modesti scilicet, sed cum sale, usus est,  
nihil ei me hac in parte quidem detractum puto. Superat  
expectemus, quibus ille facundis verbis, quorum sane facul-  
tate excellere hominem inter populares Gallos palam est  
palinodiam, ut cepit, ornaturus sit. Elegias mea de re  
Antiquaria Smithij (non Smetij, ne te fallat) nimis  
applausor es. Aliud agenti, atque ut in castris solet,  
librorum aere, in rebus raro obuijs destituta, brevis furore  
dictata fuit. Poterat igitur praeclarum opus, quale  
ab ingenio tuo, et praecoci ad stuporem eruditione spera-  
mus, sine hoc nauo prodidisse, nisi te amor mei, quem  
nondum merui, et nisi fallor ab affectu maximo  
Heinsii, quem merebor nunquam, aliquid acceptum  
praesudicium transuersum agerent. Plurimam utriusque  
salutem dico, et ut me ames vir doctissime, sed cir-  
cum spectandi postulo. Hagae Com: v. Cal. Quintil: c1010cxxxvi

Iguota.

cf. M. L. Pöschnerii  
Epist. p. 56. Amst.  
1668.

(240).  
Quorum ingratiam, cum id nomine ejus obuiaere peterent,  
deleuimus expunximusque frustra venientibus non-  
nullis, qui ad ea quae Balzaeus, conuicio proximas  
satis immodeste passim egressisset, nihil salse nimis  
regeri posse judicabant a lacesso. 11. Jun. 1636.

Schurmanae.

(241).  
Schedas hasce praestantissimas virginum, quibus vim  
veteri verbo fieri obseruabis, neque adeo pictoribus atque  
Poetis